



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Lvcaë Pinelli Societatis Iesv, Theologi, Exercitia
Spiritualia Qvadragesima, De Sacrosancto Eucharistiæ
Sacramento**

Pinelli, Luca

Coloniae, 1608

Ecce Homo. Ioan.19.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59691](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59691)

DE PASSIONE CHRISTI. 47 .

ECCE HOMO. Ioan. 19.

PUNCTA MEDITATIONIS.

I. CONTEMPLARE, quomodo Pilatus Christum, capite spinis coronato, facie ex percussionibus liuida & tumefcente, & corpore toto sanguine cruentato exhibuerit populo, ut eum ad commiserationem permoueret, atque a nece Christo inferenda reuocaret.

II. CONSIDERA, quomodo Christus quamuis se à populo quem innumeris beneficijs ornauerat, derideri & contemni videret; audiret etiam iterum iterumque vociferantē, *Cruce fige, Cruce fige illum*, propterea tamen ab illo amando non destitit, sed cum tormentis, amor etiam erga populum creuit.

III. REVOLVE tecum, quod peccata nostra, IESVM summæ maiestatis Dominum perduxerint ad tantam confusionem, quam ille nostri amore generoso & forti animo sustinuit.

DOCUMENTA.

1. *Qui non compatitur proximo in afflictione existenti, eo deuenit, ut etiam crudelis reddatur ipsi animam suam.*

2. *Fili*

48 MEDITATIONES.

2. Fili discce à Christo, non desistere ab amore proximorum etiamsi ingrati fuerint: Illi etiam qui tibi malè volunt benefacere.

3. Si aliena peccata Christum in hac vita ad tantam ignominiam perduxerunt; quantam ignominiam & confusionem peccatores in extremo iudicij die, in totius mundi conspectu pro suis peccatis subibunt?

COLLOQVIVM.

O Dulcis & pie I E S V, nunquid non es tu speciosus forma pra filijs hominum, & desideratus omnium gentium: Nunquid non es tu, vti Simon cecinit, gloria plebi tuae Israel? Sed heu? video te iã ita deformatũ & malè habitum, vr de te rectissimè dici possit, Ego sum verus & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebi. O Pilate cur tantis cruciatibus innoxium I E S V M affecisti? Non cernis quod quanto magis illius tormenta cretunt, tanto iuratissimorum hostium ipsius odum & rabies augmentetur? Exhibe illis Christum, quantumuis etiam laceratum & ad permouendos animos idoneum, & ipsi demonstrabũt quãtã sanguinis ipsius effundendi sitim habeant. O Maria veni & vide

DE
num
bet,
illum
pollu
gelit
dicato
celest
Zebec
vester
lis inf
est filis
ce ad
inncta
à te
Pa

DE PASSIONE CHRISTI. 49

num iste homo quem Pilatus populo exhibet, sit filius tuus : inspicere atque considerare illum diligenter, & iudicare num de illo dici possit. *Beatus venter qui te portavit?* O SS. Angeli venite & aspiciate hominē hunc, & iudicate, num iste sit in cuius natiuitate vos caelestia cantica cecinistis. O Petre. O filij Zebedaei, contuemini an hic sit Magister vester, cuius facies in transfiguratione Solis instar resplenduit. Pater aeternae hincine est *filius tuus dilectus in quo tibi complacuit.* Ecce ad quem statum redactus est, vt à te innoxiam perficeret obedientiam, & calicem à te oblatum epotaret. Tibi gratias ago Pater caelestis, qui vt ego peccatorum remissionem conseruerer, Filio tuo parere noluisti.

ε

CHRI